

## Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 4890

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III. Wien 1795.

2663

C O D I C E S H

2664

*est in sanguinem. Ista ecclesia iam skrwawila sie (inquinavit se sanguine) iisis annis. Pape dant excommunicationes mordy posibili, (caedes patrarunt) cruces sanctificabant super fideles, dicentes, quod qui se in sanguine eorum laubit erit purus a peccato et a pena. Haba skrwawila sie iam ecclesia moderna. Quo manifeste petitur Cruciata Martini V. a 1420. in Silesia et Bohemia promulgata.*

DCXCIX.

501 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 184. 4. currente calamo scriptus, rubricisque enotatus et quondam Wenceslai Rossi

*Rosso myday pocziet z wladarzstwi swiebo  
Yaks v zimal Aurzadu kniezstwi tmebo. 1516.*

Quasi diceret: *Rossi!* redde rationem villicationis tuae; Quomodo usus es officio Sacerdotii tui? Sed ad Codicem. Continet ille: I. ut in Calce appellatur, Summam super Epistolas et Euangelia tocius anni per distinciones dominicis diebus, five Materias, quas vocant, praedicabiles initio ducto a prima Dominica Adventus, hoc tenore: Abiciamus opera tenebrarum &c. Hodie tempus quoddam inchoamus. quod adventum domini appellamus &c. Atque deinceps Oratori sacro multiplex pro quovis Sermonne subpeditatur Partitio dicendorum. Meminerit Lector supra affirmatum a *Rosso*: eundem Boemum et Commentarii in Apocalypsin et horum, ut vocat, Sermo-

num Autorem esse. Commentarium illum dedimus Cod. CXXIV. vidimusque finitum prage anno domini 1411. per manus Andree. Iam vero ad calcem praesentis Summae habetur eerdnA, quod ἀναρτιζοντι legendum Andree. Quamvis itaque ibi το per manus ad Librarium potius ducat quam ad Autorem, cum tamen hic Andreae absolute ponatur et accedat *Rossi* testimonium, jam non invitus utrumque Opus Andreeae de Broda celebri Theologo dederim, dum Codices alii certiora docuerint.

II. fol. 118. *Carmina memorialia de variis Fidei Morumque capitibus, puta: De Decem Plagis Aegypti, de Circumstantiis*

Pec-

## Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 4890

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III. Wien 1795.

2665

## H O M I L E T I C I

2666

Peccata aggravantibus, de Articulis Fidei, Impedimentis Matrimonii, septem Sacramentis, Iudicio extremo, 3. dotibus Ani-

mae, 4. dotibus Corporis, Peccatis alienis, Decalogo &c. Hilulca, ut plurimum, et plena peccatis metricis. Distichon ultimum:

*Larga dei pietas veniam non dimidiabit.  
Aut nihil aut totum propitiando dabit.*

III. fol. 121. absque titulo *Passio Christi* e IV. Evangelistis στυγνοῖς exposta initio ducto ab *Evangelii Job. C. 13. Presens evangelium in tres partes diuiditur, nam agit de christi caritate quam nobis exhibuit &c. Johannis Hussi Operibus inserta edit. 1715. P. II. p. 8. non tamen absque omni prorsus differentia.*

IV. fol. 165. p. 2. Excerpta ex *Augustino, Johanne Chrys. Bernardo, Concilio Gangreni*, de quaerendo Regno Dei, B. V. Maria, Sacerdote fornicatore, vitandis Clerico Feminis.

V. fol. 170. p. 2. *Sermo Beati Bernardi super Cantica LXIV.* Incipit: *Adsum mee promissione. Capite nobis vulpes paruulas &c. Ut edit. Maur. T. III. col. 1484. Accedunt absque inscriptione Sermo LXV. et LXVI. Ad marginem prioris, ut in edit. legitur: Triplices vulpes. Posterior paullo ante finem in iis verbis: quod et si pena eadem videretur — — deficit.*

Juvat addere fol. 128. Posse forem supra nominatum sequentia adscripsisse: *Staciones Cuiusdam Boemi Sacerdotis Wenceslai Rossij a pressorouia Ordinati Italiae Mudone (Mutinae in Italia?) Anno 1516. Enumerantur itaque Denis Codd. Theol. V. I. P. III.*

usque ad an. 1558. varia Patriae loca, quibus sacrum Curionem egit, inter quae et *Praga* ad S. Martinum et S. Aegidium, sed *Pisek*, ut ait, tenet primicias. Ex ordinatione *Italica Nostris* concluderem, eum ab Utraquistis non stetisse; video enim in Epistola Administratoris et Consistorii *Prag. ad Frid. Nauseam* inter Epistolas ad eum datas Edit. *Basil. 1550. f. L. X. p. 449. Episcopos Italiae ad unam tantum Speciem populo distribuendam Candidatos Sacerdotii obligasse.*

DCC.

Codex chartaceus lat. Sec. 517 XV. Folior. 111. 4. luculente, calamo tamen diverso exaratus, et olim *Wencesl. Rossii*, ut fol. 41. his verbis testatur: *Sacerdos Wenceslaus Rossius a pressorouia a multis temporibus et annis habuit sermones bos et scripsit bec anno post Jubileum primo Tempore regis Ferdinandi in duba Ciuitate, complectitur sermones de Tempore five primas potius sermonum lineas a Dominica I. Adventus usque ad Dominicam in Palmis. Initium est: Erunt signa in sole et luna. Luc. 21°. In hoc Evangelio christus declarat sua opera*

L

opera